



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia

Sulpicius <Severus>

Amstelodami, 1665

Semigar Iudex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11490

enim rege Moabitarum devicti, duodeviginti annis servierunt, donec ¹ instinctu Dei, ² ADON, regem hostium ³ dolo interermit, contractoque tumultuario exercitu libertatem ⁴ armis vindicavit. Idem ⁴ per lxxx. annos in pace Hebræis præfuit.

¹ XLVII. Huic ⁵ SEMIGAR successit: hicque ⁶ adversus, Allophylos ⁷ congressus, * secundum eventu prælium fecit.

Rursum-

altera Hebræorum servitus.

¹ Instinctu Dei.] Et hac ratione excusat Regicidium ejus. Deus enim eum suscitaverat, ut dicitur Iud. 3. 15. Dei iussus efficit ne in exemplum hoc trahi possit, ubi talis Dei iussus non est. Non magis quam quod Abraham de filio iussus est facere, & quod Israëlitæ res Ägyptiorum abstulere. Brutus qui Cæsarem occidit, paris videtur fuisse animi; sed ei ut divinum imperium, ita & successus defuit. Grot.

² Adon.] Corruptum ex Aod, id est, A'od, quod hodie in editione Romana. Sed & in Hieronymo. Veritas Scripturæ Ahod, videlicet in Ebraeo Ἀχων, quod nunc legunt Ehud. Alibi est Aoth, & in Polycratico Ajoth, lib. 8. cap. 20. Salmanticensis: Anno mundi 2573. cœpit Ahod, qui judicavit Israëlem 80. annis. Hi anni finiuit in anno mundi 2653. Drusius. Iosepho, I'g'ns. Et vero nomen hoc & origine & significatione convenit cum Iuda; ideoque à quibusdam Aod exponitur confitens & laudans, ab Origen. Homil. 4. Laus.

³ Dolo interermit.] Secreti colloqui copia postulata, ipsum manu sinistra, qua æque utebatur ac dextra, perermit: deinde cæsus Moabitarum x. millibus, populum in libertatem vindicavit. Vide Josephum lib. 5. 5. Qui dicit: οὐκέτι εἰς τὸν καρδίαν. Quod falsum. Nam Scriptura exerit, in ventre cæsum. Horn. Aod hostem potius interermit, quam populi rectorem Tyrannum. Thomas.

⁴ Per lxxx. annos.] Usque ad lxxx. annum à morte Othonielis, quo mor-

tuus est Aod successor ejus. Quare in his lxx. annis includentur xviii. anni servitutis Moabitica. Quis enim credat Aod lxxx. annis præfuisse Israëli, toridemque annis nullum in Israële fuisse bellum? Eusebius. Alii.

⁵ Semigar successit.] Samgar filius Anath. Iud. 3. ¶ 31. In editione Rom. σαμγάρ, & apud Iosephum σαμγάρ, putarim scribendum σαμγάρ. Legitur & Semegar in Origine. De hoc scribit Iosephus quod primo imperii sui, vel potius judicatus, anno, mortem obierit. Salmanticensis, Samgar præfuit anno uno. R. Iose, In diebus Ahod erat Samgar filius Anath, in fine dierum ejus. Eadem traclu temporis, videlicet in diebus Eglonis, accidit historia Ruth. Drusius. Hunc Eusebius omittit. Et omittitur Iudicum 4. Quia non plene servavit Israëlem, nec errantes in viam reduxit. Vide Camium. Mentio Samgar & Iud. 5. 6. Quarendum etiam an Semgar judex fuerit. Si servare Israëlem, & Iudicem esse convertuntur, tum ἀρεφίσηται judex fuit, & Israëlem rexit. Drusius ad Jud.

⁶ Adversus Allophylos.] Id est, Philistæos, quos ἄλοφοις Græci vocant, id est, alienigenas, nomine generis ad certam speciem revocato. ita paſſim interpres lxx. Drus. Quia alius originis, & ut videtur, lingua Palæstini à Chananeis, ideo ad distinctionem vocantur ἄλοφοι. Quasi οἵλι dicas. Sicut Gen. 14/ חננָא. Horn.

⁷ Congressus.] Per se solus, ait Abulensis, non per socios, ut Lyra vult. Percessit de Philistim sexcentos viros vocare,

Rursumque Hebræos sectantes idola, rex ¹ Chananaeorum, ²
 Jabin nomine, subjugavit, gravissimamque in eos ³ per
 xx. annos dominationem exercuit: donec pristinum ⁴ DEB-
 BORA mulier statum reddidit. Adeo nihil spei in eorum
 ducibus erat, ut ⁵ muliebri auxilio defenderentur. Quanquam ⁴
 hæc ⁶ in typum Ecclesiæ forma præmissa sit, cujus auxilio
 capti-

mere, Iud. 3. v. 31. Videtur dux fuisse
 rusticorum quorundam, qui stimulis
 boum usi sunt cum armis destitueren-
 tur. מִלְמָד propri baculus stimuli, ut
 קַרְבָּא cuspis in summitate baculi. 2xx.
 כִּי תֵּדֶן נְגֹנָה בְּבָאָר. Aliquot editio-
 nes כִּי תֵּדֶן נְגֹנָה בְּבָאָר. Drusius ad *Jud.*
 Videut irruentibus Philistæis ab atra-
 tro, arrepto yomere, prossiliisse ad pu-
 gnam, ut etiamnum faciunt Hungari,
 irruentibus Turcis, & olim fecerunt
 Hispani, ingruentibus Mauris: in cuius
 rei signum etiamnum rustici Hispani,
 dum arant, gladiati incedunt, quasi pa-
 rati ad resistendum hosti repente invadenti. Sic ab aatro ad Dictaturam vo-
 cati priisci Romanorum Heroës, Camil-
 lus, Curius, Cincinnatus, Fabricius.
 Plinius 18. *Viri & milites strenuissimi ex*
agricolis gignuntur.

* Secundum eventu.] Magis placet, se-
 condus eventu: ut, secundis præliis repulit
Allophylos, & cœbra deinde prælia secun-
 do eventu habuit: &, secundo eventu per-
 emps rige, gentem imperio adjungit. Rur-
 sum, viatores secundo prælio *Allophyli*.
 Drusius.

1 Chananaeorum.] Qui cladem & fu-
 gam evaserunt Chananaei, in gentem
 haud modicam, supina Israëlitarum ne-
 gligentia, coaluerunt.

2 Jabin.] Iud. 4. Ioseph. 5. 6. Hic erat
 ex posteris Iabin illius, cuius meminit
 liber Iosua cap. 11. 1. sedes regni Has-
 for, quæ à Iosue combusta, videtur post-
 ea reparata fuisse. Aut per Hasfor intelli-
 git agrum ejus. Vide R. David. ad Iud. 4.
 Et tum sedes fuerit Harseroth, urbs
 Sylvestris. נְחֹרֶשׁ enim Aramaic Syl-
 vam norat, unde conjiciunt in Sylvailla

fuisse arcæ validas Chananaeorum. Drusius
 ad *Iud.*

3 Per xx. annos.] Qui annumerantur
 annis Debora. Nam ipsa durante adhuc
 servitute, iudicavit Israëlem. Non quod
 Princeps populi fuerit, ut Ambros. &
 Hieron. affirmant, sed quod lites non-
 nullas, absque jurisdictione, sola pro-
 phetia componeret. Abulensis. Cajetan.
 Arias.

4 Debbara mulier.] Δεσσηρα, quod
 apem sonat, & est antiqua lectio pro
 Debora, ut Messias, quod nunc legunt
 & scribunt Messia, id est, מִשְׁחָה.
 Coepit iudicare Israëlem anno mundi
 1654. videlicet anno post Semigar. Non
 tantum Iudex erat, sed etiam Prophetæ.
 Drusius. Fuit uxor Lapidoth, γυνὴ Αα-
 φιόλωθ. Eum Ebræi putant fuisse Barac,
 in quo significatio fulguris. Nec alienum
 ab eo vox לְפִיר, quæ sape de ful-
 gure usurpat. Sed obstat huic opinio-
 ni, quod Barac aliunde advocavit. Nam
 si maritus ejus fuisse, simul habitat-
 sent. Ideo in Medras exponitur, mulier
 lychnaria, quod lychnos, id est,
 conficeret, ad usum Sanctuarii.
 R. Salomo. R. David. Lyra.

5 Muliebri auxilio.] Paulinus:
*Fœminas quoque personas virtute vi-
 rili*

*Induit alma Fides: mulier qua sancta
 perenit*
*Terribilem Sisaram transfixum tempora
 palo.*

Ambros. lib. de viduis: *Ad provocandos
 animos fœminarum, fœmina judicavit, fœ-
 mina disposita, fœmina prophetavit, fœmi-
 na triumphavit, & præliaribus intermixta
 copiis, imperio viros docuit militare fœmi-*